



INSTITUTIONES
PHYSICÆ.



IN UNIVERSAM PHYSICAM
PROŒMIUM.

CAPUT PRIMUM.

De natura & divisione physices.

I. **P**hysica dicitur illa philosophiæ pars, quæ corporis naturalis proprietates expendit. In hac autem definitione probe notari debent verba *corporis naturalis*, quæ quidem apposite omnino addita fuerunt, ut quæstiones plurimæ, quæ in sacra Theologia opportunius tractantur, ad hanc divinam scientiam referantur. Itaque quidquid in corporibus præter consuetum naturæ ordinem & per miraculum contingit, Physicarum contemplationi & disputationi subiacere non debet. Hinc physica defini etiam solet *philosophia naturalis*, vel *scientia natura*.

II. Duplicis generis proprietates in corporibus generatim distinguuntur. Aliæ sunt proprietates omnibus corporibus communes, quæ